



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

80. An Vicarius Capituli Sede vacante teneatur stare Syndicatui? Ex p. 8.
tr. 4. res. 70.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

... qui etiam optime ... quod si Vicarius fuit electus ad tempus deter-

RESOL. LXXX.

Ab Vicarium Capituli, Sede Vacante, teneatur stare Syndicatus: Ex p. 8. tr. 4. Ref. 70.

Respondeo Vicarium Capituli, Sede Vacante, finito officio, teneri stare syndicatui, ac reddere rationem suae administrationis nouo Episcopo, & si male administraverit seu exercerit suum officium, posse ab Episcopo puniri. Sic aperte colligitur ex Trid. sess. 24. c. 16. de refor. ibi. Rationem exigat, &c. Et ita docet Vulpe in praxi fori Ecclesiast. cap. 44. n. 19. Riccius p. 4. decis. 291. per totam, omnino videndus.

RESOL. LXXXI.

Ab Episcopo superueniens possit visitare Capitulum, Sede Vacante: Et ducatur Vicarium Capituli, Sede Vacante, teneri, finito officio, stare syndicatui, & posse ab Episcopo ad id compelli, & in aliquo comprehensum puniri.

Imò, & ipsum Capitulum, facta remotione Vicarij, & aliorum Officialium à se nominatorum, illos posse statim compellere ad reddendam rationem administrationis, ac pro admisis culpis punire, & aliqua alia cetera supradicta explanantur. Ex p. 8. tract. 4. Ref. 5.

§. 1. Respondeo affirmatiue ex Concil. Tridentino sess. 24. cap. 16. de reformat. vers. Episcopus vero, per quem indubie Vicarium Capituli, Sede Vacante, teneri finito officio stare syndicatui, & posse ab Episcopo ad id compelli, & in aliquo delicto comprehensum puniri, asserunt Genuesi. dicto cap. 58. in fin. Prosper August. in addit. ad Quarant. dicto verb. Capitulum Sede Vacante, n. 14. Riccius in prax. for. Eccles. decis. 481. in 1. edit. alijs, 504. in 2. edit. & decis. 291. Rague, de voce canon. in cap. 9. q. 20. num. 13. Vgolin. de offic. Episcop. c. 2. §. 2. n. 2. Armentariz ad leges Navarrae. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopo. num. 99. & August. Barbosa in Passosali, 3. pari. alleg. 24. numer. 183.

2. Quinimò, & ipsum Capitulum, facta remotione Vicarij, vel aliorum Officialium à se nominatorum, quòd illos possit statim compellere ad reddendam rationem administrationis, ac pro admisis culpis punire: absque præiudicio tamen alterius syndicationis Episcopi successoris, qui etiam poterit eos syndicare, & punire, quamuis à Capitulo fuerint absoluti, decisum fuisse narrat Nicol. Garcia d. 5. pari. cap. 7. n. 23. Et hæc omnia docet etiam Solorzanus de Indiarum iure, tom. 2. lib. 5. cap. 13. num. 29.

TRACTATUS SEXTVS DE HORIS. CANONICIS, ATQVE DE ALIQVIBVS RESTITVTIONIBVS pro omissione, vel defectibus commissis in earum recitatione.


RESOLVTIO PRIMA.

An Papa teneatur sub mortali ad recitandum Horas Canonicas, & ad confessionem Sacramentalem semel in anno, &c. Ex part. 6. tract. 7. & Miscell. 2. Resolut. 3. que nunc inueniuntur in tom. 1. tract. 3. Resol. 48.

consequens expendi possunt à Beneficiario, & Cardinali ad libitum, & restari de his, & tamen obligare ad Officium Diuinum, & ab eo non excusatur beneficiarius qui non vult restare, & ideo fructus non recipit. Et docetur, quòd quamuis Prestimonia proprie non sint beneficia, non tamen sequuntur, nec est probabile ad officium Canonicum non obligare. Ex p. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 1.

RESOL. II.

An Cardinalatus inducat obligationem recitandi Horas Canonicas: Et quo tempore Cardinalatus inducat supra dictam obligationem recitandi Horas Canonicas, an à die, que Cardinalatus sumit Birretum, vel à die, quo sumit Pileum Rubrum: Ex quo inferatur Beneficiarium non teneri persolvere Horas Canonicas à die collationis beneficij, sed à die possessionis adpræ. Etiamque deducitur, quòd distributiones possunt dari propter laborem & per-

§. 1.  A s v s est curiosus, à nemine pertractatus; ideo suppono aliquem Cardinalem nullum habere beneficium, nec factis Ordinibus esse initiatum; sed tantum à S. D. N. fuisse inter Augustos, & Purpureos Patres assumptum. Quæro, an ex vi solius Cardinalatus teneatur ad pensum diuini Officij: Et pro parte affirmatiua facit, quia beneficium inducit onus persoluendi Horas Canonicas: sed Cardinalatus est beneficium; ergo inducit obligationem recitandi diuinum Officium. Maior propositio argumenti non indiget probatione, quia ab omnibus admittitur. Minor verò probatur ex c. 2. de Clericis non residentibus. ibi, Canonicè est depositus.

LIBRERIA ...